

autem facit erga talia corpora, sæpe lingua utitur ad dicendum multa, & maledicendum: sæpe etiam membris genitalibus abutitur ad actus obscenos, aliqua similia facit, etiam inuitis hominibus quos vexat; ergo, &c.

S. Aug.  
19. de Ci-  
uit.

Resp. id verè reperiri apud Tolet. cit. falsum tamen est apud S. Augustinum inveniri in locis citatis. Vidi quidem oculis meis Toleti doctrinam, & ea quæ dicit Sanctus Augustinus, legi de verbo ad verbum, & valde miror, quod ad tales spurcitiâs citeatur tam Magnus Ecclesiæ Doctor; l. 25. de Civit. Dei, cap. 4. de miseris agit vitæ mortalis, & ait: *Quid dicam de his, qui Dæmonum patiuntur incur- sus? Ubi habent absconditam, vel obrutam intelligentiam suam, quando secundum suam voluntatem, & Anima eorum, & corpore malignus usitur spiritus?* Vide quantum hoc distet à verbis argumenti, & à fine illius.

S. Aug. de  
Eccl. Dog.

Idem Magn. August. Lib. de Ecclesiasticis dogmatibus, cap. 82. interrogat: *Dæmones quomodo occupent homines?* Et respondet in corpore: *Dæmones per energeticam operationem, non credimus substantialiter illabi Anima, sed applicatione, & oppressione uniri. Illabi autem*

*menti, illi soli possibile est, qui creavit.* Vide quantum hoc differat à Doctrina in argumento relata.

Tolet. in  
11. Luc.

Arg. 27. Ex ipso Cardin. Tolet. in cap. 11. Lucæ, annot. 59. ubi clarius explicat vexationem Dæmonis per exercitium, ibi: *Altero modo corporaliter tantum, &c.* quia non semper qui sic à Dæmone vexantur, in peccato sunt; ut probat Augustinus, lib. 21. de Civit. Dei, cap. 14. lib. 22. cap. 22. ergo, &c.

Resp. similiter, nihil Sanctum Augustinum dicere in locis citatis, quod prosit arguentibus. Certè dum Augustinum audio nominatum in favorem oppositæ sententiæ, sisto gradum, & transire non audeo, usquequæ dixit, oculis meis recordoscam. Lib. 21. de Civit. Dei, cap. 14. agit de pœnis temporalibus istius vitæ mortalis, & inquit: *Nonnulli etiam incursum spirituum malignorum aliquando patiuntur.* Hoc verum est. Et lib. 22. cap. 22. de miseris, *quibus humanum genus obnoxium est, circa medium ait: Contra milleformes Dæmonum incursum, quis innocentia sua fideret, etiam parvulos baptigatos, quibus certè nihil est*

S. Aug. 1.  
21. de  
Civ. Dei.

in-

*Innocentius, aliquando sic vexantur?* &c. Videatur in utroque loco Santissimus Doctor, & nihil in eis de violentiis turpibus invenietur, sed de vexationibus corporalibus, de quibus suprâ diximus in solut. ad arg. 9. & 10.

Casian.  
in Collat.

Arg. 28. ex Casiano; Collat. 7. cap. 27. ubi refert, obsessionem Abbatis Moyses, quem vocat *Virum incomparabilem*, & ait: *obsessionem pertulisse, ad purgationem spiritualem; ergo, &c.* Resp. obsessionem fuisse solim penalem, & vexationem corpoream sine violentiis turpibus, de quibus est disputatio nostra, nam de alia non dubitamus. Videatur solutio ad arg. 20.

Menop.

Arg. 29. ex Menochio p. 3. cap. 67. ex Mallo malef. & aliis, quos citat Gastaldus, tom. 3. de Potest. Ang. dist. 7. quæst. 1. quæstiunc. & art. 6. ubi resolvit, certam esse materiam obsessionum, ibi: *St. 1. Conclusio: Aliquando quis possidetur à Dæmone pro majori suo merito.* Et hoc probat ex Dialogis S. Severi, & Gersonis, tract. de Error. circa artem magicam, exemplo cœci nati, Joann. 9. & confirmat Meleuse. ex Angelle. Doct. & Augustino, l. 21. de Civitate Dei, cap. 28.

& S. Hieronymo, in Boist. s. Hier. ad Paulum de dormitione: *Cœ. Epist.* lesti, & ex Vita S. Paladii, S. Parmeli, & aliis Historiis Ecclesiasticis, ut homines justi exerceantur; ergo, &c.

Resp. sicut ad arg. 20. & 28. Si autem Gastaldus, vel alii dixerint amplius, corrigendi videntur cum damnati Molinosi propositionibus, ut infrâ dicemus. Sanctus Augustinus in lib. 21. de Civit. Dei, non habet nisi 17. capita juxta editionem Parisiensem ann. 1613. quam præ oculis habeo.

Inf. ad  
arg. 44.

Arg. 30. ex Gastaldo, tom. 3. de Potest. Angelica, dist. 7. ubi ait: *Cardinalem Toletum resolvere, multoties Dæmoniacos, cogi ad fornicationem, mortis à Dæmone instrumentis; & applicatis, sicut dicit Augustinus, lib. 15. de Civit. Dei, cap. 24. ergo; &c.* Resp. S. Augustinum, l. 15. de Civit. Dei, cap. 24. quod brevissimum est, nihil dicere de tali violentia Diabolica, imò ibi nec verbum loqui de Diabolo. Circa Gastaldum, & Toletum, videantur solutiones antecedentium argumentorum.

Gastald.  
arg.

Arg. 31. Ex Cardin. Lareza, in Opuse. 6. cap. 5. ubi ait, partem sensitivam hominis purgari Dæmonis persecutione, ibi: *Est adeo vehe-*

Cardina-  
lis Lare-  
za.

mens

mens, ac periculosa hæc purgatio, ut plures incipientes ab incepto deficiant, putantes, se in suorum defectuum poenam, à Deo esse derelictos: ergo, &c. Resp. non loqui de violentiis Diaboli, de quibus disputamus, sed de aliis innumeris Dæmonum, persecutionibus: & hoc ita certum est, quod cum ego legem præcitatum Opusculum cum reflexione circa subjectam violentiarum Diaboli materiam, nec verbum inveni ad contrariorum fulcimentum.

B. Joann.  
à Cruce.

Arg. 32. Ex B. Joann. à Cruce, lib. 1. Noctis obscuræ, ubi ait, quod ad mysticam sensus purgationem, datur hominibus spiritus blasphemia, lascivia, & scurrilorum: ergo, &c. Resp. non loqui de operibus malis, sed de tentationibus, & spiritibus malis tentantibus ad opera mala: quod longè distat à violentiis.

Illustr.  
Manr.

Arg. 33. Ex Illustrissimo Angelo Manrique, in Noctis ad Vitam D. Mariæ à Vela (*vulgò la Muger fuente*) dub. 4. ubi ait: esse communem Theologorum sententiam, à SS. PP. Hieronymo, & Augustino desumptam, multoties Deum Diabolo permittere, quod ingrediatur in corpora Servorum suorum, ut ex eo crescant in perfectione,

& augeantur eorum merita: ergo, &c. Resp. sicut ad arg. 19. 20. & 28.

Arg. 34. ex ipso Manrique nuper citato, qui refert Sanctum Abbatem Silieem pertulisse Dæmonis obsessionem decem diebus ante mortem illius; quapropter S. Abbas longævus improperabat Diabolo, dicens: *Ad verperum venit miser: hoc magnum non est: ostendisti miserime inbecillitatem tuam.* Ergo, &c. Resp. sicut ad arg. antecedens, intelligi de obsessione poenali, non de violentiis, ut ex se liquet.

S. Enr.  
toc. Vir-  
gin.

Arg. 35. Ex S. Eustochia Virgine Pitavina, obsessa sive possessa à nativitate, prout refert P. Martinus del Rio, apud Manrique, ubi supra: ergo, &c. Resp. ex S. Augustino sicut ad arg. 27. Sic etiam respondetur circa Religiosam obsessam, quam refert S. Greg. lib. 1. Dialog. cap. 4. & circa 24. Moniales obsessas Conventus Gallia, quæ in observantia justa vixerunt, ut videri potest apud Illustris Manrique supra cit. Consimiliter resp. de Illustr. Matrona, quæ sine antecedente culpa, vixit obsessa, de qua loquitur S. Greg. lib. 1. Dialog. cap. 9. & Religio-

S. Greg.  
in Dialog.

so obsesso, quoniam in Oratione se distraxit, prout legi-

gi-

gitur in Vita S. Bernardi Abbat. lib. 2. de muliere poenitente, Benedicta nominata, Diabolo obsidenti tradita, prout refertur in Vita Cherubici Magni Patris mei Domini à Vincentio Justiniano conscripta.

Arg. 36. Innegabiles sunt Diaboli obsessiones, ut supra vidimus, ita ut hæretici ad negandam Ecclesiæ potestatem ad exorcismos; negaverint obsessos, & possessos: ut tenet Torreblanca, in Pract. Jur. lib. 3. cap. 8. n. 1. & etiam sine maleficio, ut docet ipse Torrebl., à variis exemplaribus, eodem tom. 12. cap. 4. à num. 2. & insuper, nonnullos Sanctos fuisse sic obsessos, asserit Cardin. Larrea, Opusc. 6. cap. 5. fol. 359. ex Vitis Patrum.

Torreb. in  
Pract.

Præterea, fore quid valde distinctum *Circuminsessionem, Obsessionem, & Possessionem*, sicut in expugnatione Civitatis distinguuntur *Bloqueo, Sitio, y entrada de las Milicias*, explicant Torreblanca, lib. 3. Pract. Jur. Spirit. lib. 2. cap. 18. Alapide, in cap. 23. Lucæ, sup. illud Psalm. 21. *Tauri pingues obsederunt me*: sed in expugnatione Urbium non solum intercedunt supplices, & allicientia, sed etiam violentia: ergo, &c.

Alap. in  
Luc.

Resp. concedendo totum argumentum, præter consequentiam, & paritatem. Non negamus Diaboli obsessiones, etiam in personis innocentibus, & Sanctis absque maleficio; negamus autem Deum permittere ad elevandas animas, easque transformandas, & sibi mysticè intendendas, Diabolum in eis causare violentias turpes, & obscenas, ipsis advertentibus, & nolentibus, & absque offuscatione mentis, sicut in relatis quinque propositionibus continetur. Disparitas inter milites expugnantes Urbem, & Diabolum obsidentem animam, motissima est ex solut. ad argum. 22.

Arg. 37. ex S. Augustino, no, lib. 15. de Civit. Dei, c. 25. à Ginaldo citato, dist. 7. quæstionc. unic. ubi ait, Dæmones incubos sæpè improbos extitisse mulieribus. Et de quadam Moniali prædunt, quod pluribus annis à Dæmone incubo nolens patiebatur. Et Ven. Beda sup. cap. 8. Luc. refert exemplum alterius Monialis virtuosæ, quæ idipsum patiebatur. Et P. Thyraus, 1. part. de loc. infer. cap. 19. inter magnos animarum labores, adstruit violentam Dæmoniorum persecutionem ad turpitudines patrandas, & alia ex Casario

Sup. arg.  
22.

S. Aug. de  
Civ. Dei.

su-

*Gastaldus* superaddit exemplaria. Et *Pot. Ang.* *Gastaldus* de *Potest. Ang.* dist. 4. quæst. 1. art. 5. cum *Sylvestro* resolvit, *Demones* cum hominibus more sodomitico pertractare: ergo, &c. *Imò* *Gastaldus*, tom. 2. de *Potest. Ang.* fol. 127. col. 1. num. 2. referens *Niderium* in suo *Formicario* subinfert, quod si *Diabolus*, consentiente muliere, valet exercere concubitum, non est ratio, cur ipsa dissentiente non possit: ergo, &c. *Imò* *demones* *Resp.* in primis, *S. Augustinum* loco citato nihil dicere de *Demone*bus incubis, imò nec *Diabolum* nominare in toto capitulo, ut jam supra notavimus in solut. ad arg. 30. Editio mihi est *Parisiis*, anno 1613. Forsan in alia editione dicit, quod obijciuntur in argumento, ad quod respondendum est, sicut ad arg. 6. & 9. Sic etiam resp. ad alia, quæ in argumento obijciuntur, dum de violentiis turpibus loquantur in executione. Ad exemplar *V. Bedæ* resp. similiter. Ad aliud autem ex *Thyrao* resp. loqui de *Tentationibus* importunis. Ad alterum ex *Sylvestro*, resp. sicut ad arg. 6. & 9. Ad ultimum illatum ex *Niderio* resp. nullam esse paritatem, prout sæpe diximus: de *Diabolo* ligato. Possæt autem, nisi frænaretur à Deo, Arg. 38. Innegabile est in obsessis violentia linguæ, ut *Diabolus* loquatur per linguam obsessi contra voluntatem creaturæ: ergo à simili concedendæ sunt violentiæ turpes à *Diabolo* contra voluntatem obsessi. *Prob. ant.* ex *Simancas* de *Cathol. Instit.* cap. 37. ubi cum *Juristis* affirmat, testimonium *Energumini* non esse sufficiens iudicium ad procedendum contra quemquam. Vide *Cast. Palao* 1. part. tract. 4. disp. 8. punct. 16. Et *Farinae* de *Hæres.* q. 185. refert *Supremæ* *Inquisit.* decretum, ne recipiatur testimonium à sagis, & maleficis. Et ex *Rosel.* in *Prax. scrup.* cap. 28. ubi refert horrendas obsessorum blasphemias contra Deum, & *Santos* ejus: imò, & supposititias eorum *Diabolo* traditiones absque cooperatione voluntatis: & audire seipsum loquentes, & intus dicentes: Ego Deum nego, *demoni* me trado, &c. Et *Author Vita Dom. Mariæ de Vela*, fol. 166. ait, quod *Diabolus* causat in obsessis impedimenta linguæ ad exercitium Confessionis. Et fol. 168. & 3. part. cap. 17. inquit, quod *Diabolus* violentat obsessi linguam ad proferendum blasphemias, & im-

*Revol. in Pract.*

*Gastaldus Pot. Ang. exemp.*

*Sup. ad arg. 50.*

*Sup. ad arg. 30.*

*Sup. ad arg. 30.*

*Jus Canon. Concil. Tolet.*

Immunditas, etiam advertente obsesso, & in suis sensibus conservato: ergo, &c. Hanc ipsam advertentiam concedere videtur ipsa *Dom. Maria Vela*, fol. 160. col. 1. & 2. cap. 14. 2. part.

*Confir.* 1. arg. ex violentia *Demoni* in obsessis ad alios actus ex se malos. *Gastaldus*, tom. 2. de *Potest. Ang.* fol. 529. refert de mulieribus obsessis cujusdam *Villæ* de *Bohemia*, quod nocte una occiderunt Parentes suos, filios, & proprios Maritos, Idipsum docet *Thyraus* 1. p. cap. 6. ubi ait, quod sæpe *Diabolus* in obsessis facit, ut interficiant semetipsos: Ad id facit, quod *Monachus* *Stagyrius* in laqueos se mittebat, & *Evangelii* obsessus se proficiebat in ignem. Et *S. Theresia* à *Jesu*, c. 31. *Vit.* inquit, quod *Diabolus*, quin ipsa se resistere posset, conquassabat eam in corpore, brachiis, & capite: ergo, &c.

*Confir.* 2. arg. ex violentiis *Diaboli* in obsessis erga *Sanctas* *Imagines*, imò, & contra *Santissimum* *Eucharistiæ* *Sacramentum*. *Jus Canonicum*, cap. *Communitate* cap. *Clerici*, & cap. *Uti que*. Et *Decretum Concilii Tolet. Secundi*, cap. 13. prohibet, ne *Sacerdote* obsessi, & *energumini* administrent

*Fidelibus* *Sacrosanctam* *Eucharistiam*, usquedum ab obsessione liberi comprobentur. Et *Rubricæ* *Missalis* antiqui signant periculum effundendi consecratum sanguinem. Et *Rituale* *Pauli Quinti* expressè monet *exorcistas*, ne super caput *energumeni* vas applicent *Santissimi* *Sacramenti*, propter periculum, & metum irreverentia. Et *Author* *Notarum* ad *Collationes* *Casiani*, supra *Collat.* 2. cap. 30. resolutionem proponit *Abbatis* *Sereni*, ut detur obsessis licentia communicandi, etiam per singulos dies, eo semper salvo, quod irreverentia periculum non adsit, putà *excretionum*, vomitum, &c.

Et *Thyraus*, 2. p. de *Demone*. c. 26. n. 4. refert exemplar, quod proposuit *S. Cyprian.* *Serm.* 6. de *Lapsis*: cujusdam puella obsessæ, quæ *Sacram* *Eucharistiam* projecit per violentiam *Demoni*bus: & cap. 28. n. 9. refert aliud exemplar *Prosperi* *Aquitani*, alterius obsessæ puella, quæ per dimidiam horam species consecratas masticavit in ore, *Diabolo* impediente specierum transitum ad stomachum, Et *cod. cap. n. 11.* statuit regulam *Timothei Alexandrini*, cap. 3. resp. dicentis, concedendam fore obsessis

*Casiani in Collat.*

*S. Cypri. Serm. 6.*

sis comunione Sacram.  
veritatem tunc temporis,  
quando Demones molesti  
non sunt, nec ulla Sacramen-  
ti irreverentia timetur. Et  
Torreb. lib. 12. Jur. Spirit.  
cap. 22. n. 60. dicit non esse  
magis, Deum Diabolo per-  
mittere, quod irreverentiam  
causet contra Christum Do-  
minum sub speciebus conse-  
cratis, ubi adest impassibilis,  
quam permisisse, quod as-  
sumpserit eum Diabolum in  
Sanctam Civitatem, & in  
montem, & supra pinnacu-  
lum Templi. Sic S. Gregor.  
Pap. hom. 16. sup. Evang.  
ait, quod hoc mens refugit  
credere, & aures humanæ  
hoc audire expavescunt: ve-  
rum nihil mirandum, si, &  
alia facta pensentur, &c. Vi-  
deatur Author Vitæ D. Ma-  
riæ Vela, 3. p. cap. 13. fol.  
162. col. 1. ergo pariter con-  
cedendæ sunt Diaboli violenti-  
æ in obsessis, circa res vene-  
reæ, & turpes.

Ad arg. resp. sicut ad arg.  
6. & 9. ubi satis diximus de  
divinis permissionibus. Non  
admittitur in iure testimo-  
nium Emergentium, non solum  
quia nescimus an in eo  
loquatur Diabolus, vel crea-  
tura, quin etiam propter ve-  
hementissimas obsessorum  
imaginationes, quibus passim  
falluntur; de quo am-

plius infra. Illud autem quod  
dicitur, obsessum audire se  
ipsum loquentem, & intus  
dicentem: *Deum nego*, &c.  
potius ad tentationem, quam  
ad violentiam spectare. Præ-  
terea, Diabolum impedire  
linguam ad Confessionem,  
credibile fit; quoniam reme-  
dium obsessi validum contra  
Diabolum est poenitentia Sa-  
cramentum, ut notat Ven.  
Beda in c. 8. Lucæ, c. 30.  
Ad confirm. 1. arg. resp.  
sicut ad arg. 5. in prima re-  
plica. Ad illud de Monacho  
Stagyrio resp. fuisse tenta-  
tiones vehementes, & actus  
sine advertentia, non autem  
violentias, de quibus loqui-  
mur. Ad aliud de S. Theresia  
resp. fuisse solum violentias  
poenales cum tormento cor-  
poris; in anima verò, licet  
eodem tempore forent vehe-  
mentes tentationes, non est  
passa violentias. Videantur  
quæ supra diximus in solut.  
ad arg. 11.

Ad confirm. 2. arg. omi-  
tendo quidquid in eo refertur,  
resp. neg. conseq. & parita-  
tem. Quoniam Diaboli violenti-  
æ in tali materia, etsi  
tam horrendæ, non sunt ani-  
mabus sic periculose, sicut  
violentia turpes in actibus, &  
tactibus veneris; obscænis, &  
nefandis. Præterea, nec ob  
id concedimus, violentias in

ar-

argumenti confirmatione re-  
laxas, inter purgationes pas-  
sivas sensus esse computan-  
das; quoniam aliud est, Deum  
eas permittere in aliquibus  
obsessis, & aliud valde di-  
versum est, Deum, eas per-  
mittere in personis Sanctis, ut  
ad veram transformationem,  
& unionem mysticam ele-  
ventur. Hoc semper nega-  
mus. Videantur supra dicta  
in solut. ad arg. 6. & 9.

Arg. 39. ex Vita D. Ma-  
riæ Vela, ubi refertur, quod  
ei Diabolus apparebat in fi-  
gura cuiusdam Sacerdotis, à  
quo ipsa Missam audiebat, &  
Sacrosanctam accipiebat Eu-  
charistiam; ipse verò Diabo-  
lus sub tali figura Sacerdotis  
violentas cum ea exerceba-  
runt lascivias. Et in eodem lib.  
3. par. cap. 21. circa medium  
invenitur, Diabolum ex Di-  
vina permissione sumpsisse  
figuram Christi Crucifixi: &  
paucis interpositis asseritur,  
quod ipse Diabolus in figura  
Christi Crucifixi amplexatus  
est eam, & ipsam ad turpi-  
tudines provocabat, &c. ergo  
permisse sunt Diabolo  
turpitudines violentæ cum  
muliere Sancta, &c.

Resp. ad primam, quod  
apparitionem Diaboli sub fi-  
gura Sacerdotis, violentas  
exquentis lascivias, etsi di-  
ligenter quæsi vi non inveni,

nisi forte sit, 3. p. cap. 16.  
paulò post init. ubi loquitur  
de apparitione Diaboli sub  
figura Sacerdotis. Aliud autem  
de apparitione Diaboli sub  
figura Christi Crucifixi, sic  
legitur ubi citatur; at verò  
notandum est, fore quid distin-  
ctum provocare eam ad  
turpitudines, & violentas  
exequi lascivias. Provocatio  
quidem, potius ad tentatio-  
nem attinet, quam ad violentiam.

Resp. 2. ad utrumque  
punctum argumenti, relatos  
lascivias amplexus, non reali-  
liter, & verè fuisse executos,  
sed solum in imaginatione  
vehementi contigisse. Hoc  
apertè fateatur ipsa D. Maria  
Vela, 3. p. c. 12. ante med.  
ubi ait, quod per anni spa-  
rium vexata est à septem  
Demoniis turpibus, & licet  
fateatur, quod ab eis patie-  
batur amplexus, & audiebat  
turpissima verba, advertit  
tamen, quod visio solum erat  
imaginaria.

Hinc reor, ferè omnia,  
quæ reperiuntur variis in li-  
bris de carnalibus actibus cum  
Demoniis, & intumescencia  
ventris, potius apparenter,  
quam realiter evenisse: po-  
tiusque fuisse vehementes femi-  
narum apprehensiones, &  
imaginationes, quam reali-  
tates. Videatur Gastaldus, t.

Tt 1. de

Sup. ad  
arg. 6. &  
9.

F. Beda  
in Luc.

Gen. lib.  
3. c. 12.

Sup. ad  
arg. 11.

Ann. 1.  
162.

Gast. de  
Potest.  
Angel.

S. Greg.  
hom. 16.

Gen. c.  
13.

n. de Potest. Ang. fol. 46. n. r. Ideo iuxta Decretum Congreg. Supremæ Inquis. quod refert Gastaldus t. 2. de Potest. Ang. fol. 223. n. 19. non est recipiendum. Sagarum testimonium, quoniam evenire contingit, non esse realitatem facti, sed imaginationis fabulationem.

*P. Thyraus*  
*& Corn.*  
*Alap.*  
Et P. Thyraus de Decretis. p. 1. c. 6. n. 3. tenet, quod Diabolus in obsessis ita fascinat sensus, ut patiens existimet, se percipere rem, quæ reverà sic non est. Hoc ex Abulense confirmat, q. 115. in 8. Matth. Et Corn. Alap. sup. 4. Matth. v. 8. ait, Diabolum causare posse fascinationem sensus, sicut fecit, permittente Domino, dum ostendit ei omnia regna mundi. Et Gastaldus t. 1. cit. fol. 482. col. 2. dicit, quod possunt Decemones, non solum in somno, sed etiam in vigilia movere phantasiam, quam movent ita fortiter, ut credant se videre extrinsecus, quæ phantasticantur. Ad quod citat Augustinum, lib. 99. q. 83. & S. Thom. 4. contra Gentes.

Ex his evenit, obsessos nonnumquam dicere se vidisse in aliis actiones pravas, ut Justorum bonam famam evertant, prout notat Martinus del Rio, lib. 6. Magic. c. 2. q. 3. Et Lucerna Inquisito-

rum, num. 13. Phantasiam in obsessis figurare corpora Justorum in actibus viciosis, ut eorum fama vilescat. Et Bartholomæus Espina, Sacri Palatii Magister affirmat in Apolog. 3. c. 3. Hoc Deum permittere, ad augenda merita Justorum. Idipsum tenet Metaphrasis. in Surio, die 5. Januarii. Et Francisc. Torrebli. lib. 3. c. 6. & lib. 4. c. 4. fol. 10. 3. c. 2.

Si cum obsessione, imò, & sine illa invenitur spiritus scrupulorum, augmentur vires assumpti. Quoniam ad talem confusionem deveniunt, ut dicant, & confiteantur, se commississe exteriores actus, quos non commississe manifestum est, ut advertit Joannes Sanchez, disp. 41. n. 42. Idem tenet Layman, t. 1. c. 482. ubi consulit, quod scrupuloso præcipiatur, ut numquam cum ipso Confessore proprio, vel cum aliis loquatur de tali scrupulo, vel scrupulis. Vide Castro Palao, t. 1. disp. 4. n. 3. & Saà, verb. Confessio, n. 4. Coninch. dis. 7. de Sacram. dub. 8. n. 63. & Franc. de Victoria, q. 1. 30. dicit, quod satis est confiteri peccata certa, & quæ verè sunt dubia, sed non de scrupulis, ne fiat odiosum Sacramentum.

Nunc igitur ad argumen-

*Sanct.*  
*Laym.*

*Conc. ubi*  
*ciat.*

ti metas revertentes, respondemus, potius esse imaginationes vehementes, sive scrupulos impertinentes obnubilatarum mentium, quam realitates, aut veras Diaboli violentias turpes, quas firmiter negamus semper, maxime in animabus Sanctis, de quibus est questio. Confirmat. ex ipsa D. Maria Vela, 3. p. c. 17. paulò post. inquit, ubi ejus Confessor, & Chronologus ait, numquam Diabolum assumpsisse linguam illius, ne Spiritus blasphemiam possideret linguam, quæ loqui nescibat, nisi divinas laudes ad benedicendum Regem Coelestem. Hoc maxime nota, ut nec violentias alias ad opera prava in personis Sanctis concedas.

Arg. 40. Concesso ex suppositione possibili, vel impossibili, Deum permittere violentias Diaboli turpes in creaturis Sanctis, de quibus est questio, ipsis creaturis nolentibus, & pro viribus resistentibus, nihil sequitur, nisi ipsarum creaturarum humiliatio, & confusio cum ingentissimo merito ab ipsa resistentia procedente, ut ex se liquet sed totum hoc sanctum est: ergo, &c. Prob. maj. ex Aug. D. 1. 2. q. 36. n. 4. ubi cum Aug. dicit, quod voluntas resistens po-

testati fortiori cavat dissolutionem: si enim, inquit, non resisteret, sed caderet consentiendo, non sequeretur dolor, sed delectatio. Et ipse S. Aug. in Joann. Serm. 43. dicit: In bonis concupiscit caro adversus spiritum: in malis autem non habet contra quem concupiscere: ibi enim concupiscit adversus spiritum, ubi est spiritus: ergo posita creatura resistentia in violentiis Diaboli, nihil mali sequitur, & supra modum ipsius creaturae merita sublimantur: ergo, &c.

Resp. Suppositionem argumenti repugnat, 1. Propter pietatem, & fidelitatem divinam, ut cum S. Birgitta diximus in solutione ad arg. 12. Non enim dignè sentimus de homine, qui castam habens uxorem, & in virum suum fidelem, supponit eam adulterò. 2. Quoniam salutem in resistentia ad violationem corporis, patereit Dominus, nos tentari supra id quod possumus sustinere, siquidem ex una parte teneremur resistere, & ex alia, cum vires Diaboli sint majores, non posset creatura in resistentia prævalere: Videtur ratio 35. 3. Quoniam, totius mundi gubernium politicum, civile, & criminale confunderetur, ut diximus

*S. Birgitta*  
*ubi sup.*

*Sup. ad*  
*arg. 22.*

*Magist.*  
*Mart. del*  
*Rio.*

mus in ratione vigesima.

Argumentum insuper retorqueri valet hoc modo. In periculo proximi peccandi non cadere, sed resistere, magnum meritum est: ergo nihil mali sequitur, imò ingens meritum ex eo, quò quis ingrediatur voluntarie in periculum proximum peccandi? Falsa est consequentia: nam verum est, quod qui amat periculum, peribit in illo. Præterea, certum est quod multæ doctrinæ prohibentur ex hac ratione, quod in præxi periculosæ sunt. Postmo-

*Magis. dum;* negare non possumus, circumstantiam temporis periculosas efficere doctrinas: nunc ergo, quando Molinistica secta grassatur, magis erit periculosa doctrina relata. Multa vidimus, & adhuc timeo, ne videamus multo

majora. Diabolus Molinosus solutus ambulat. Vigilate Pastores, & Ministri Domini.

Arg. 41. Experimur, Animas virtuosas resistere in talibus Diaboli violentiis turpibus: ergo durissimum est eis dicere, quod in eis peccant: ergo dicendum est eis non peccare, quoniam sine consensu voluntatis non est peccatum: imò, & cum displicentia facti, non est voluntas peccandi: sed in talibus virtuosis animabus magna re-

peritur displicentia diabólica violentiæ: ergo, &c.

Resp. Verum esse, quod sine consensu creaturæ libero, non est peccatum. Valdè autem notandum est, quod cum effectiva displicentia facti, potest inveniri peccatum. Ad hoc facit Seraphici Doctoris Bonaventuræ doctrina, quæ mirè distinguit inter voluntatem effectivam, & affectivam. Mercator cupidus, qui projicit merces in mare, ut evadat tempestatem, & naufragium, reverà cum ingenti displicentia cordis projicit eas, & tamen eas liberè projicit effectiva voluntate, non affectiva: quoniam ipse vult eas non projicere, & cum amaritudine cordis eas projicit. Ecce voluntatem effectivam, sine voluntate affectiva.

Sic forsân evenit multis animabus in rebus veneris: *Hoc maxime nota.* Ipsæ nolent peccare, urget verò tentatio: carnis: transpunt, & pertranscunt imaginationes impuræ: movetur seminarius humor, turbatur affectus, instant illecebrosi stimuli libidinis, & inter hæc, & illa fit, & exequitur impura pollutio carnis, aut tactus impudicus. Anima nollet peccare, & amaritudine cordis cruciatur eodem tempore, facit

cit tamen, & operatur voluntate effectiva, licet non affectiva. Est ergo peccatum.

Sic de infelici Judice Pilato, scripsit Sanctus Augustinus, & dixit: *Institit Pilatus, quantum potuit, ut Christum ex Judæorum manibus liberaret. Nostis illum lavisse manus, & dixisse, quod ipse non fecisset, mundum se esse à morte illius. Fecit tamen. Ecce libertatem, & voluntatem effectivam, licet non affectivam. Sic peccavit.*

Ad argumentum ergo nihil videtur, salvo meliori iudicio, quod licet absolute non dicatur Anima timorata, quod peccavit in casu metaphysico relato, non est ei dicendum absolute, quod non peccavit: sed quod res est valdè periculosa, quod Deus talia non permittit Diabolo in animabus Sanctis, quod humiliter confiteatur semper, dum idem ei contigerit, quod clamet ad Deum, & speret in ipso, &c.

Arg. 42. Furor uterinus, & infirmitas alia, quam Medici vocant *Satyriasis*, sive pruritus veneris, sic vehementer provocant ad tactus luxuriosos, & impudicos, ut in amentiam inducantur anime patientes. Ferè idem faciunt melancholicus humor, & biliosus, & hypocondricus,

dum ad excessum devenire contingit, ita ut in affectibus, & effectibus videantur obsessiones, & maleficia: sed in eis animas patientes excusamus à peccato: ergo, &c.

Resp. disting. min. excusamus à peccato, dum tales infirmitates totaliter libertatem evertunt, concedo; dum sufficiens advertentia manet in eis, & in creatura patiente manet voluntas effectiva, licet non affectiva, nego min. & conseq. *Hoc maxime nota,* quod furor uterinus (idem de aliis affectibus, & passionibus), quod licet absolute non semper excusat patientem à peccato, sed tunc solum, quando nec in causa, nec in elicientia actus, sive tactus prohibiti, potest imputari creaturæ. Quod autem sit advertentia plena, vel semiplena docent Sanchez, lib. 1. Mor. c. 1. n. 10. & Vazq. lib. 2. dis. 107. c. 4.

Thyrens, p. 2. c. 26. n. 11. dicit: quidquid obsessi efficiunt in turbatione, non esse tribuendum creaturæ, sed Diabolo obsidenti. Et Baldellus, lib. 4. de consc. eron. disp. 4. cit. à Rosel. c. 15. fol. 80. n. 12. inquit, iudicatum esse, blasphemias iustam famulæ virtuosæ, absque advertentia ipsius ancillæ fuisse profatas. In his, & aliis similibus doctrinis non

S. Bonavi

S. Aug. in Pr. 63. v. 2.

Uter. Sanchez. Summ. Mor. 1. v. 10. Thy. de Dam.

Med. cam. de Furor.

Videtur fundanda regula generalis, quoniam difficillimum est judicare, an operatio ex se prava proveniat ab obsessione, vel ab immoderata passione. Hoc mihi videtur certum, quod operatio prava tribuenda est creaturæ, dum positivè non probetur, ab ea non processisse; & onus hoc probandi attinet ad ipsam creaturam, aliàs ipsi imputabitur in foro exteriori ad culpam, & ad poenam, ut supra notavimus in solut. ad arg. 15.

Arg. 43. ex Vitis insignium Sanctorum Catharina Senensis, Mariæ Magdalena de Pazzis, & Angelæ Fulginitatis, de quibus fertur, spiritibus malignis blasphemiam, luxuriam, iram, gulam, & scrupulorum fuisse agitata; sed credibile similiter est violentias ipsorum Dæmonum per tulisse, de quibus est questio: ergo, &c. Resp. neg. quoniam earum Vitæ non referunt violentias, sed tentationes gravissimas, vexationes, & tormenta durissima, quod est valde divertsum.

Referuntur enim in earum historiis apparitiones Dæmonum formidabiles, tormenta corporum immanissima, quod ad aures earum proferebant blasphemias horrendas, spur-

citias, turpitudines, dubitationes, argumenta fallacia, desperationes: & in præsentia earum assumptis corporibus humanis apparentibus, perpetrabant Dæmones mille turpitudines, & actus nefandos, sicque innumerabiles modos, & artes nocendi, & tentandi machinabantur: hoc tamen excepto, quod neque permissum est Dæmonibus linguas talium creaturarum Sanctarum assumere ad blasphemias, nec manus earum ad tactus inhonestos, & impudicos. Resistentias insuper ipsarum mirabiles, heroycas, & exemplares ad tales tentationes vincendas, dignè veneramus, & celebramus in earum historiis. Et si in aliquam levitate ad actum pravum violentia Diaboli suspicatur, inadvertentiæ, & turbationi, vel humane fragilitati credam esse tribuendum, non violentiæ Diaboli cum advertentiæ creaturæ factæ. Vide solut. ad arg. 39. de multis, quæ potius sunt imaginationes, quam realitates.

Arg. 44. ex variis Authoribus, & libris, usquemodò non prohibitis, in quibus reperiuntur Diaboli violentiæ ad actus ex se prava, & à lege prohibitos, arripiente Dæmone manus, linguam, & membra creaturæ obsessæ, quin

quin ipsa creatura valeat resistere; & si resistat, nequeat prævalere. Videatur Gastald. Tol. in Lucam, cap. 4. annot. 54. Raphael de la Torre, 2. 2. q. 90. Laurentius Aponte, in 12. Mart. digres. 3. n. 7. Rosel. de Scrupul. cap. 28. Thyraeus de Dæmon. 2. part. cap. 32. & alibi. Lopez Ezquerria in Lucerna Mystica, tract. 6. cap. 4. 5. & 6. *Ubi agit de purgatione passiva, quomodo ad eam Dæmon cooperatur; & alii permulti, quos ipsi citant: ergo, &c.*

Respondeo, Libros Mysticos esse corrigendos, sicut & Morales, juxta ea, quæ jam prohibita, vel damnata sunt ab Ecclesiâ Sancta, quæ est Magistra Orthodoxæ Fidei, & Columna firma Veritatis. Sicut ergo in Libris Moralibus, postquam Alexander VII. damnavit 45. propositiones, & Innocentius Undecimus 65. in quocumque Libro reperiuntur, sunt prohibita, &

damnata, & sequi non possunt: sic in Libris Mysticis, postquam Innocentius XI. damnavit 68. errores, & Innocentius XII. 23. ubicumque, & in quocumque Libro legantur, sequi non possunt, sed corrigendi sunt; vel denunciandi, ut corrigantur. Rosell. multa transcripsit ex Aponte, sicut apparet. Aponte nunc expurgatus est, ut supra notavimus.

Oportet ergo, quod propositiones mysticas damnatas præ manibus habeas, dum Libros evolvīs, & Animas dirigis. Cave, ne pereas per eas, vel confundaris. Quod natum est ex carne caro est, non spiritus.

*Subintroierunt enim quidam homines impii, Dei nostri gratiam transferentes in Luxuriam. Jud. v. 4.*

*Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Joan. 3. vers. 6.*

Sup. ad arg. 15.

Lexan. in Vit. S. M. Mag. de Paz. cap. 33. ad 14.

Illustr. Men. in Vit. S. Cathar. Sen.

Gastald.

Apont. Rosell. Thyrr.

Annal. Min. de S. Ang. Fulgin.

Innoc. XI. & XII.

FINIS.